

LECTIONES PUBLICAS
ET PRIVATAS

PER INSTANS SEMESTRE ÆSTIVUM
IN ACADEMIA LUDOVICIANA
DEO DUCE ET AUSPICE HABENDAS

RECTOR
REINHARDUS
HENR. ROLLIUS,

S.S. THEOL. DOCTOR ET PROFESSOR PUBL. SENATUS
ECCLESIASTICI ASSESSOR AC DISTRICTUS ALS-
FELDENSIS SUPERINTENDENS, REV. FACULT.
THEOL. H. T. DECANUS,


UNA CUM UNIVERSO
SENATU ACADEMICO

INDICIT
ATQUE AD EASDEM SEDULO AUDIENDAS
GENEROSOS AC NOBILISSIMOS OMNIUM FACUL-
TATUM STUDIOSES PERAMANTER INVITAT

D. VII. APRIL. ANNO MDCCXXXVIII.

SUB SIGILLO ACADEMIÆ MAJORI.

GIESSÆ TYPIS EB. H. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.



In Facultate Theologica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Superintendens, Consistorialis & Stip. Princip. Ephorus.

Publice hor. XI. in explicanda *Oeconomia Temporum V. T.* a beato nostro MAIO data, quam continuo rerum profanarum synchronismo illustrat, strenue perget. *Privatim* hor. X. - XI. *Theologiam theticam*, vna cum *antithesi* & aliis, ad ductum B. BAIERI, ab ovo resumet, inque eo erit, ut veritas ita adhibita, perpetuo examine teneriorum animis insinuetur & probe firmetur. Itemque alia hora, si fieri poterit ob negotia varia, *epistolam Pauli ad Galatas*, cujus exegesis huc usque dedit, nunc *homiletice* absoluet.

REINH. HENR. ROLLIUS, D.

Prof. Publ. Ord. & Superintendens.

Postquam semel iterumque SYLLOGEN FECHTIANAM, praecipuas controversias concinna brevitate complectentem, cum lectissimis quibusdam Theologiae Cultoribus disputando excussit, jam, ut eo major ad Auditores redundet

det utilitas, ipsique de controversiis maximam partem recentioribus rectius instruantur, in eandem Syllogen publice hora X. commentari in animum induxit, ea quidem lege, ut historia controversiarum praelibata, momentoque illarum dilucide ostenso, potiora pro sententia veriore enodentur argumenta, quæque in contrarium adferri solent, ea, qua fieri poterit, brevitate & perspicuitate solvantur. Hisce vero cum prælectionibus eodem simul tempore disputandi exercitium conjunget, singulisque diebus Mercurii & Jovis, ab hora II. ad IV. pom., publicæ Commilitonum disquisitioni singulas, quibus Sylloge distincta est, disputationes subjiciet. Privatim hora VII. lectiones dogmaticas, unius anni spacio absolvendas, ad ductum COMPENDII BAIERIANI de novo inchoabit, methodo sibi hæctenus recepta, dogmata sacra non modo debite explicaturus, selectisque sacrarum literarum testimoniis confirmaturus, ac ab adversariorum exceptionibus vindicaturus, sed & illorum historiam in singulis traditurus capitibus, ac, quo pacto ad praxin pietatis omnia referenda sint, commonstraturus.

D. ERNEST. FRID. NEUBAVER

SS. Theol. Prof. publ. extraord.

Lectioibus publicis destinavit præclaram Pauli ad ebraeos epistolam; ita, Numine iuvante, tractandam, ut post introductionem in eandem datam omnia accurata exegeſe excutiantur, cunctaque eo referantur, ut ad salutarem Christi, in priori foedere ubique revelati, agnitionem perducamur. Quem in finem subinde ostendetur, quomodo hac clauē vetus testamentum ac Leviticum in primis, referare debeamus. Privatim desideriiis nobilissimorum Dn. auditorum satis facere studebit, vel præcepta exegetica ad ductum institutionum hermeneuticæ sacrae b. RAMBACHII traditurus.

diturus, vel scholas veteris nouique testamenti *historicas* a-
perturus, vel alia, quae desiderata fuerint, additurus. Optat
etiam respondentes, qui exiguos sumtus ad continuandas
& ad finem perducendas *vindicias vniuersae theologiae christia-
nae eiusque Mosaicae* anti - Werthemienfes terre queant.

In Facultate Juridica.

JO. FRIEDERICUS KAYSER,

J. U. D. & P. P. Primar. nec non rerum Oecon.

Inspector perpetuus.

HAc aestate, Deo sospitante vires, praeter Collegia pri-
vatissima, quae sedulo continuabit, de novo ape-
riet Lectiones Juris publici & Ecclesiastici, nec deerit Nobi-
lissimis Dnis Commilitonibus, qui Collegium ff. audire cu-
piunt.

D. JOH. FRIED. WAHL,

P. P. O.

Desideriis Nobiliss. Dn. Auditor. velificaturus *publice in-
stitutiones* denuo praeleget; in *privatis* quoque & *priva-
tissimis* lectionibus strenue perget operamque dabit, ut hoc
semestri ad finem perducantur, in aperiendis autem novis
collegiis voluntati & captui Dni. Commilitonum se adcom-
modabit.

JOH. HARTMUTH RAYS,

Prof. Jur. Extraord. & Facult. Jurid. Assessor.

Publice cupida Legum Juventuti *Historiam Juris Romani
& Germanici* praecunte celeberr. JO. SALOM. BRUN-
QUELLO tradet: Privatim vero *Institutiones Justinianae*
docebit.

docebit, novumque ad Compend. Jur. LAUTERB. auspicabitur *Pandectarum Collegium*, eidem binis quotidie horis operam daturus. Adhuc SCHILTERI *Institutiones Juris Canonici* interpretabitur, & illis qui *Collegium Practicum*, vel disputando semet exercere cupiunt, omnibus viribus prodesse studebit.

ERNEST. CHRISTOPHORUS ARNOLDI,

J. U. Licent. Prof. Jur. Extraord. & Facult.
Jurid. Assessor.

Quoniam observante Coccejo in *Jur. Publ. Prud. statim ab initio in monitis*, §. 2. Jus publicum Imperii nostri Germanici nulla olim lege comprehensum, non ab alio fere principio accersitur, quam a longa consuetudine, quæ nihil aliud est quam *antiquitatis germanicæ historia*: Hinc jussu superiorum *selectio ingenuis*, quæ ad solidam juris publici prudentiam pedetentim sibi comparandam adspirant, in *lectionibus privatis* prima hujus disciplinæ fundamenta fideliter atque ingenue proponet ex *Historia S. R. Imperii*, quam duce Compendio B. Dn. Pro. Cancellarii *Immanuelis Weberi*, quod ficto nomine *Levini v. Ambeer*, publici juris fecit, a primis incunabulis per medium ævum ad nostra tempora deducet, & præterea *singulas Juris privati & feudalis partes*, ductu *Institutionum Imp. Justiniani Jurisprudentiæ Struvii*, *Examinis feudalis Strykii*, ut & *Compendii Juris Lauterbachii ad ff.* justo tempore absolvendas tradet. In *Lectionibus autem publicis materiam Successionis ab intestato* explicabit, & pro desiderio studiosorum collegia practica & disputatoria adornabit, itidemque petentibus industriam in his & aliis juris partibus non denegabit.

) 6 (

In Facultate Medica.

D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,

P. P. O.

Publice lectiones anatomicas continuabit, sic tamen, ut demonstrationum quoque botanicarum rationem habeat iisque semel atque iterum, prout nempe e re fore Nobiliss. Dnn. Commilit. intellexerit, singulis septimanis operam det. Privatum Collegium Chirurgicum, si ita placuerit, aperiet.

LUD. HENR. LEO HILCHEN,

Med. D. & P. P. O.

Publice Historiam Botanicam tradet. Privatum Physiologiam & Pathologiam examinando & disputando repetet, hisque exercitiis praelectiones Semioticas & Diaeteticas addet.

D. GERARDUS TABOR,

P. P. O.

Publice per instans semestre aestivum *Materiam Medicam* ad ductum Junckeri explicabit.

In Facultate Philosophica.

CHRIST. FRID. AYRMANNVS,

Prof. Philos. primar. Histor. & Bibliothecarius Acad.

Priuatim ab hora III. ad IV. continuabit Collegium in Pufendorffianam Introd. historicam, aliquandiu adversa valetudine disturbatum. Adiunget huic alia, nuper in Programmate Germanico indicata. Publice, si auditores inuenerit, rationem legendi vtiliter historicos ipso actu de-

mon-

monstrabit, secundum methodum, mox scheda peculiari e-
uulgandam.

JACOBUS FRID. MÜLLER,

Philos. P. P. O. sui Ord. Decanus.

Publice docebit Psychologiam, privatim, quicquid res suas
serio agentibus utile & necessarium deprehendet.

IO. LVDOVICVS ALEFELD,

Philos. natur. Prof. Ord.

VNiuerſae *Philosophiae naturalis* cursum, ad finem perdu-
ctum, denuo auspicabitur. Reliquos labores ita dispen-
sabit, ut non solum in *physicis*, verum etiam in *aliis qui-
busdam scientiis philosophicis*, studiosorum votis ac desiderijs
pro viribus satisfaciat.

ERNESTVS FRIDERICVS NEUBAVER,

*SS. Theol. & Philos. D. Antiqq. itemque sacrar. & orientis
lingg. Prof. ord.*

Quam amplius *antiquitatum iudaicarum* in interpretanda
diuini scriptura sit vltus, multis exemplis *publice* com-
monstrabit, adhibito in primis cel. IKENII doctissimo de
antiquitatibus ebraicis libello. *Privatim* *biblia ebraica* de no-
uo inchoabit, *pentateuchum* hoc semestri explicaturus. In
graecis nouum testamentum cursoria lectione percurret, vel et-
iam THEOPHRASTI *characteres ethicos*, longe vtilissimos,
exponet, neque iis, qui in *orientali* litteratura, *chaldaica*,
syriaca, *arabica*, *aethiopica*, proficere cupiunt, defuturus.

CHRI-

CHRIST. LVD. GERSTEN,

Math. P. O. & Reg. Soc. Lond. Sod.

Absoluta publice theoria planetarum primariorum nunc
secundariorum motus explicabit, ecclipsiumque sup-
putationes docebit. Priuatim in cursu Mathematico perget.

IO. HERMANNVS BENNER,

Eloq. Prof. Ord. & Paedagogiarcha.

Quo pacto dicendi facultas, vera & sobria, compare-
tur, publice praeceptis breuibus, vsu multo, expo-
net. Priuatim vsu vberiore adiunget.

CHRISTOPH. LVD. RVDIGER

Prof. extraord. Definitor & V. D. M.

Postulantes philosophiae siue instrumentalis, siue theo-
reticae, siue practicae, scientia augere sataget.

Habebunt etiam *Generosi & Nobilissimi Cives* commodissimam occa-
sionem in *arte equestri*; in *ludo palestra*, in *arte commode & pe-
rite saltandi*, nec non in *linguis exoticis*; *Gallica, Italica*, apud exer-
citorum istorum, & linguarum magistros publica auctoritate consti-
tutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, pro-
fectus suos augendi parumque habilitatem
perficiendi.

